PATERIUS · GREGORIUS I. · AUGUSTINUS

Salzburg (?), 6. Jahrzehnt 15. Jh. Seite 88r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8381
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Non obdurabis os bovi tritura-
ti. Quorum quidem nos a prava
opera terminus, sed apud distric-
tum iudicem qui illos posterius
maneant in occulta retribucio-
nes timus. Qui tamen cum condescen-
sionis sue pacienciam diluendis
proximorum confessionibus prepa-
rant velut ante fores templi
lutere portant, ut quisquis intra-
re eternitatis ianuam nititur temp-
taciones suas mentis pastoris
indicet et quasi in bovis lutere
cogitacionibus vel operibus manus
lavet

Quod in templi misterio opere sculptorio leones in basibus templi et boves et cherubin expressa sunt

Dum de percepcione sacer-
dotalis studii tractatur
adiunctum est quod in templi
misterio in basibus templi
sculptorio opere leones et bo-
ves et cherubin expressa sunt.
Cherubin plenitudo sciencie
dicitur. Quid est quod in basibus nec
leones sine bubus nec bo-
ves sine leonibus fiunt. Quid
enim aliud designant bases in
templo nisi sacerdotes in ecclesia.
Qui dum sollicitudines regiminis
tolerant quasi more basium sup-
impositum onus portant. In
basibus ergo cherubin
exprimitur quia decet minimum
ut sacerdotum pectora pleni-
tudine sciencie sint repleta.
Per leones autem terror severitatis
per boves vero paciencia humili-
tatis figuratur. Itaque in hiis
basibus nec leones sine bu-
bus nec boves sine leonibus
exprimuntur quia semper in sacerdo-
tali pectore in terrore severi-
tatis custodiri debet virtus man-
suetudinis ut iram mansuetu-
do condiat et eandem mansue-
tudinem ne fortasse dissoluta
zelus districcionis accendat

In li° Iob xxx Et in ca° ii

Nebula implevit domum domini et non poterant sacerdotes ministrare propter nebulam

Dum per intellectum rep-
bum ad perscrutanda
sacri libri misteria de
certis iudeorum mentibus tracta-
retur adiunctum est Nebula im-
plevit domum domini et non
poterant sacerdotes ministrare
propter nubulam. Exigentibus meritis
desipibi iudeorum pontifices
divina misteria per parabo-
las audiunt sacerdotes in domo
domini qui propter nebulam ministrare
nequierant. Qui et in testamento
veteri dum sensus misticos
lutere velamine coopertos intra
obscuras allegoriarum caligi-
nes investigare desierunt
debitum fidei sue misterium
propter nebulam perdiderunt. Quibus
et tunc in nebula doctrine
sue voce dominus protulit cum de
se certa aperta narravit. Quid
enim apertius quam et pater unum
sumus. Quid apertius dicere ante
quam Abraham fieret ego sum. Sed
quia auditorum mentes infideli-
tatis caligo compleverat quam